

est in se bonum arduum, nisi in ratione assequibilis, seu ratione affectionis, quae est ardua, possibilis, & futura; ergo &c. min. prob. Nam sicut paries non dicitur visus, nisi ratione visionis: sic Deus non dicitur arduus, futurus nobis, nisi ratione affectionis, seu beate visionis.

IV. Respondeo, dist. min. Ratione affectionis, tamquam conditionis connotatae, conc. min. Tamquam rei speratae, nego min. Res enim sperata Deus est, qui quidem esto in se arduus non fit, nisi ratione affectionis; non fit tamen, ut ipsa affectio sit res sperata, sed applicatio, & conditio: ita ut res sperata sit Deus, non absolute, sed ut connotat sui affectionem arduam, possibilem, futuram. Et propterea affectio non est obiectum, sed conditio obiecti: sicut res visa; paries est, non absolute, sed ut connotat visionem. Quare exemplum allatum de pariete potius nobis faver.

V. Dico secundo. Obiectum immediatum, & primum quod speratur per spem, est Deus, ut connotans tamen affectionem sui, quae per visionem fit: ita ut connotatio non sit obiectum, nec pars obiecti, sed tantum conditio obiecti. Conclusio haec constat ex dictis. Spes enim virtus theologica est: ergo in obiecto ejus primum nihil ingredi debet; quod non fit Deus. Secundo. Idem est obiectum, quod primum speramus per spem, est illud: in quo primum quiescimus in Patria, sicut idem est locus, in quem tendit lapis, dum gravitatur, & in quo, dum non gravitatur, quiescit: sed id, in quo primum quiescit appetitus noster in Patria, erit solus Deus, quia solus ipse est infinitum bonum potens adequate satiare appetitum; ergo &c.

VI. Confirmatur, & refellitur Adversariorum responsio. Est Deus non fit sperabilis, nisi ut assequibilis; ad hoc non sequitur, quod affectio formalis ingrediatur rationem formalem obiecti spei, sed solum quod fit conditio requisita, ut Deus sit obiectum spei; ergo &c. Ant. Profectio Dei nil aliud est, quam conjunctio Dei cum mentibus Beatorum; ergo non respicitur a spe, ut res sperata per se, & propter se, sed ut conditio, & aliquid ejus, quod primum speratur. Sicut igitur bonum non potest amari, nisi ut apprehensum; apprehensio tamen non est id, quod amatur per modum obiecti, sed solum est conditio obiecti amari. Et ratio est: Quia sicut apprehensio non est de linea amabilis: ita neque affectio, utpote quod creatum, non est de linea obiecti primum sperabilis per spem theologiam.

VII. Dices obiectum primum spei est Deus, ut a nobis possidendus, ac nequit sperari Deus, ut possidendus, nisi ipsa possessio speretur: Deus enim, ut possidendus, est concretus, cujus formale est possessio; ergo nequit, ut possidendus, primum sperari, nisi ipsa possessio primum speretur. Sicut nequit corpus, ut album, disgregare visum, quin albedo, quae est formale illius concreti, concurrat formaliter ad disgregandum visum, & primum.

VIII. Respondeo, dist. maj. Deus, ut possidendus, ita ut ratio possessionis sit motivum formale sperandi, nego maj. Ita ut sit tantum conditio obiecti primum sperabilis. Conc. maj. Neque est idem de albedine: illa enim est primum visibilis: ac possessio non est primum sperabilis, sed sola bonitas Dei, quae sicut seipsa quietat in patria; ita seipsa nos primum excitat, ut tendamus in ipsam per spem.

IX. Si inlites. S. Thom. hac quaest. 17. art. 2. dicit: Bonum, quod proprie, & principaliter a Deo sperare debemus, est bonum infinitum... hoc autem bonum est vita aeterna, quae in fruendo ipsius Dei consistit, ergo fruendo, quae est actus creatus, rationem obiecti formalis sui ingrediatur.

Respondeo, dist. conf. Ingressatur tamquam connotatum, conc. conf. Tamquam pars obiecti, nego conf. Solum enim fenit, quod obiectum spei sit bonum infinitum, ut connotans sui possessionem: hoc enim est bonum infinitum, ut possidendum. Dici etiam potest, quod sicut Deus visus est obiectum quietis in Beato, sumpta tamen visione pro visione obiectiva, non pro formali: ita Deus, ut possidendus, est obiectum spei, sumpta tamen possessione, pro possessione obiectiva, non pro possessione formali.

X. Dico tertio. Bona creata, quae ad beatitudinem conducunt, pertinent ad obiectum secundarium spei Theologicae. Ita S. Thom. hac q. 17. art. 2. ad secundum, his verbis: Spes principaliter quidem respicit beatitudinem aeternam; alia vero, quae pertinetur a Deo, respicit secundario in ordine ad beatitudinem aeternam: sicut & fides principaliter quidem respicit Deum, & secundario respicit ea, quae ad Deum ordinantur. Probatur etiam ratione. Virtus primum tendens efficaciter in finem, secundario respicit media ad finem conducentia: atqui spes est virtus primum tendens in beatitudinem obiectivam, ut possidendam; ergo secundario respicit bona creata ad beatitudinem conducentia.

S. II.

Resolvitur de Obiecto Formali Quo.

XI. Dico. Obiectum formale quo spei est omnipotentia Dei, ut auxilians. Probatur ratione desumpta ex D. Thoma, hac q. 17. art. 6. ubi docet: Spes autem, & fides faciunt hominem habere Deum, sicut videtur in principio, ex quo aliquid nobis presentatur: de Deo autem presentatur nobis & cognoscitur virtutibus, & adhaerentia perfecta bonitatis. Eides ergo facit hominem Deo habere, in quantum est nobis principium cognoscendi veritatem: credimus enim, quod vera esse, quae nobis a Deo dicuntur. Spes autem facit Deum habere, prout est in nobis principium perfectae bonitatis; in quantum scilicet per spem de quo auxilio imitimus ad beatitudinem obtinendam.

Ex quibus sic. Sicut videtur in hincet Deo, ut principio revelanti veritatem; ita spes noster, ut principio auxilianti ad beatitudinem; sed Deus, ut revelans, est fidei ratio formalis credendi: ergo Deus, ut auxilians, est spei ratio formalis sperandi.

Confirmatur. Ideo prima veritas, ut revelans, est ratio formalis obiectiva fidei; quia tota ratio, ob quam intellectus assentit his, quae non videt, est, ut principio auxilianti ad beatitudinem; sed Deus, ut revelans, est fidei ratio formalis credendi: ergo Deus, ut auxilians, est spei ratio formalis sperandi. Ideo prima veritas, ut revelans, est ratio formalis obiectiva fidei; quia tota ratio, ob quam intellectus assentit his, quae non videt, est, ut principio auxilianti ad beatitudinem; sed Deus, ut revelans, est fidei ratio formalis credendi: ergo Deus, ut auxilians, est spei ratio formalis sperandi. Ideo prima veritas, ut revelans, est ratio formalis obiectiva fidei; quia tota ratio, ob quam intellectus assentit his, quae non videt, est, ut principio auxilianti ad beatitudinem; sed Deus, ut revelans, est fidei ratio formalis credendi: ergo Deus, ut auxilians, est spei ratio formalis sperandi.

XII. Oblat tamen primo. Deus (ex dictis) ut auxilians est principium, & causa efficiens affectionis boni sperati: sed causa efficiens affectionis boni sperati nequit esse ratio formalis specificativa spei: quis enim dicitur, motum calefactionis tendentem ad affectionem caloris specificari ab igne, qui effectiva causa calorem? Cum ergo spes sit motus ad beatitudinem, quae virtus, & auxilium omnipotentiae acquiritur: quis dicitur, motum spei ab omnipotentia specificari?

XIII. Respondeo, dist. min. Ut executione efficiens est, conc. min. ut obiective constituit bonum consequibile, nego min. Omnipotentia igitur auxilians, non solum executive efficit ademptionem beatitudinis; verum obiective constituit beatitudinem in ratione assequibilis; & hoc pacto constituit obiectum spei, & sub hac ratione specificat spem. Neque est idem de motu calefactionis ad calorem, ac de motu spei ad beatitudinem. Nam motus calefactionis est ipsum fieri, & productio caloris; & ignis est causa effectiva non solum caloris, sed etiam motus ad calorem; unde ignis nequit specificare motum; quia motus non specificatur a causa effectiva, sed a termino, ad quem, & propter quem fit. At motus spei non est ipsum fieri beatitudinis, sed firma tendentia, & praesens illius; unde oportet, quod habeat motivum talis praesentis: hoc autem bonitas beatitudinis se sola esse non potest. Licet enim haec alliciat ad sui desiderium; quia tamen in ratione assequibilis ardua est, nequit seipsa movere ad firmam praesentationem sui acquisitionis; sed requiritur, ut in ratione cause moventis, constituitur per aliquid potens superare impedimenta, & difficultates, quae reddunt illam arduam: hoc autem est omnipotentia auxilians.

XIV. Sed replicabis. Quando causa effectiva formae est etiam causa motus ad formam, nequit esse ratio formalis specificans motum, ut nuper dicebamus: sed omnipotentia auxilians non solum est causa affectionis beatitudinis, sed etiam est causa motus spei ad illam; quia sine Deo auxilio nemo assequi non possumus, sed nec sperare beatitudinem; ergo &c.

XV. Respondeo, dist. conf. Ergo omnipotentia, ut auxilians, ad actum spei non potest &c. conc. conf. Ut constituit beatitudinem in ratione assequibilis, nego conf. Ex hoc enim sequitur quidem, quod omnipotentia formalis sperandi non tamen quod non sit motivum sperandi eadem omnipotentia, quatenus auxilium suo reddit assequibilem beatitudinem, ut bonum speratum.

XVI. Oblat secundo. Quia Deus, ut auxilians, videtur potius destruere, quam constituere obiectum formale spei. Nam obiectum spei debet esse arduum, & difficile: sed Deus, ut auxilians, destruit arduitatem, & ponit facilitatem; ergo &c.

XVII. Respondeo, nego assumptum. Deus enim auxilians destruit arduitatem, vincendo difficultates: unde non invertit obiectum spei, sed solum adjuvat infirmitatem nostram; ut ad illud, quamvis arduum, pervenire possimus. Hoc autem non est destruere, sed potius constituere beatitudinem in ratione obiecti spei: quia si esset ardua, & nobis impossibilis, illam sperare non possemus.

XVIII. Oblat tertio. Actus spei debet esse theologicus: atqui non redditur theologicus, per hoc, quod speret bonum, ut Dei auxilio producendum; ergo &c. Min. probat. Actus, qui timet poenam, sive temporalem, sive aeternam, ut a Deo infligendam, non est theologicus; ergo a pari. Sicut enim praemium pendet ab omnipotentia Dei: ita & poena, ac supplicium.

XIX. Respondeo, nego minor. Ad prob. nego conf. Est enim motivum formale timoris sit omnipotentia, ut potens infligere malum; tamen timor non est theologicus. Quia materia primaria timoris non est immedata, & in recto ipse Deus; sed vel malum aliquid temporale, vel aeternum, si fit timor poenae sensus; vel Deus tantum de connotato, nempe, privato Deo, si fit timor poenae damni. Ad hoc autem, ut timor esset actus theologicus, requireretur, ut non solum motivum ad timendum esset Deus; sed etiam materia, circa quam primario veretur, esset Deus in recto, ut supra vidimus. At respectu spei Deus non solum est motivum sperandi,

randi, sed etiam res primario sperata, ut ostensum est: & ideo actus spei est vere theologicus.

S. III.

Quaestio aliqua proponuntur.

XX. Quaesit. primo: utrum amor concupiscentiae, quo amatur beatitudo, ut bonum nostrum, sit actus spei. Respondeo negative. Est enim actus spei amorem illum praesupponat, & ex eo derivetur; non tamen est formaliter actus spei. Colligitur ex S. Thom. hac q. 17. a. 8. ad 2. ubi ait: Spes, & omnis motus appetitivus ex amore provenit aliquo, quo scilicet amat bonum expectatum. Ex eo enim, quod spes proponit nobis beatitudinem, nascitur in nobis amor, seu desiderium illam consequendi: sed quia proponitur nobis, ut ardua, & excedens vires nostras, hinc fit, quod incipimus illam sperare medio auxilio divino. Sciens insuper, non ab alio, quam a Deo, sperare nos posse auxilia ad beatitudinem, ex spe nascitur amor, quo Deum iustitiae nostrae auctorem, & fontem diligere incipimus: & ille amor a Concilio Tridentino, sess. 6. a. 6. ponitur tamquam ultima dispositio ad gratiam justificationis in Sacramento obtinendam.

XXI. Quaesit. secundo: An liceat, spe theologica sperare in homine? Respondeo S. Th. qu. 17. art. 4. in folio Deo sperandum, tamquam causa nostra beatitudinis primaria; quia ipse solus potest in eam ducere, sicut principale agens. Hinc 2. Paralip. 16. reprehenditur Ag, quod fiduciam habuerit in Rege Syriae, & non in Domino Deo suo. Et Jerem. 17. v. 5. Male dicitur homo, qui confidit in homine. Addit tamen S. Doctor: Licet autem sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura, sicut de agente secundario, & instrumentaliter; per quod aliquis adjuvetur ad quaecumque bona consequenda in beatitudinem ordinata: & hoc modo ad Sanctos conveniunt, & ab hominibus etiam aliqua petuntur.

XXII. Quaesit. tertio: An etiam in suis meritis possit homo aliquam spem ponere? Respondeo affirmative: dammodo magis confidat, ac speret in Deo, cujus dona sunt nostra merita. Prius pars, nempe, licitum esse in operibus, ex gratia Dei fidis, aliquam spem, & fiduciam ponere, facta est in Tridentino contra Lutherum, alioquin haereticos, sess. 6. can. 26. his verbis: Si quis dixerit, iustus non debere pro bonis operibus, quae in Deo sperantur, fidem, expectare, & sperare aeternam retributionem, & anathema sit. Et Cap. 16. allegans illud Pauli, ad Hebr. 10. Natisse amittere conscientiam vestram, quae magnam habet remunerationem, subjungit, docens: Bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponendam esse vitam aeternam; & tamquam gratiam suam Deo per Christum Jesum misericorditer promissam, & tamquam mercedem esse ipsius Dei promissione bonis operum operibus, sicut meritis fideliter reddendam.

Ex Scriptura quoque colligitur: Tobia 4. v. 12. Fiducia magna est coram summo Deo elemosina omnibus facientibus eam. Item r. Joann. 3. v. 21. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum... quoniam mandata eius custodimus &c. Et 2. ad Timothei. 4. v. 7. & 8. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo passus est mihi corona justitiae. Hinc S. Ambrosius, Serm. 3. in Psal. 138. ait: Innocentis est conscientia ab ipso, cui servituri, petere mercedem. Petere igitur conscientem, si merita suffragantur.

Et S. August. Praefat. in Psal. 31. Ipsa charitas bene operantis dat ei spem bene consequentis.

XXIII. Ratio quoque praesto est. Licet enim, spem ponere in illis rebus, quae a Deo sunt ordinata, tamquam media necessaria, ad nostram salutem: sed merita bonorum operum sunt huiusmodi; ergo licitum est in eis spem ponere, ut mediis tamen, & causis instrumentalibus. Quae doctrina tum contra Sectarios tenenda est, nulla agnoscens merita bonorum operum; de quo egimus Tract. de Merito. Tum pro remedio adhibenda est contra illorum anxietatem, qui cum ad extremum vitae perveniant, desperatione tentantur. Si enim pie vixerint, in memoriam revocent sua opera Christi Domini meritis iniuncta, memores Ezechiel, qui, Isaia 38. v. 3. sic orabat: Obsecro, Domine, memento quoque, quomodo ambulavi coram te, in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Ne autem tentetur praesumptione, recolat illud Jacobi 3. v. 2. In multis offendimus omnes. Ecclesiastice 7. v. 21. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et quod multa peccata nos lateant, unde Psal. 13. ait David: Ab oculis meis mundum me. Si vera ita fuerint flagitiosa, ut vel nulla omnino, vel solum pauca merita habeant, in sola Dei misericordia confidant, exemplo Laceronis in Cruce pendenti.

XXIV. Sic tamen de propriis meritis sperare potest, ut principalem, ne dicam totam, spem in Deo, & Christi meritis homo reportat. Tum quia: salus nostra a Dei misericordia per Christum originem sumit, & cujus gratia est omne meritum, quod in se reperit. Ut enim ait Gregorius, Homil. 8. super Ezech. Quidam in Sanctorum virtutibus agit, ejus est gratia, qui merita largitur. Et in Coelestibus Papa, & ex ipso Trident. sess. 6. cap. 16. docet: Tanta est Dei ergo homines bonitas, ut nostra velit esse merita, quae sunt ipsius dona. Quare dum omne fuit meritum adscribitur gratiae, id, quod sperabit ex meritis, omnino sperabit ex gratia, & impletur Apostoli motum, 1. Cor. 1. v. 31. Qui glorietur, in Domino gloriatur. Tum etiam: quia contingere potest, ut quae sibi videntur merita; vere merita non sint, sed

folis naturae viribus facta: & licet sibi nullius peccati conscientia appareat, adhuc tamen coram Deo iustus non fit, iuxta Pauli dictum, 1. Cor. 4. v. 4. Nihil mihi conficiam sum: sed non in hoc justificatus sum. Quibus omnia Sectariorum argumenta evacuantur.

XXV. Quaesit. quarto. An obiectum spei non solum sit bonum nostrum, sed etiam possit esse bonum alienum: ita ut sperare beatitudinem proximo, sit actus spei theologicae? Respondeo, obiectum spei per se, & directe esse solum bonum proprium; indirecte tamen, & ex aliquo praesupposito posse esse etiam bonum alienum. Priorem partem docimus supra, Dub. 1. §. 1. ex S. August. Utramque docet S. Thom. hac q. 17. a. 3. ubi postquam dixit, absolute loquendo, spes est solus boni ardui ad se pertinentis, subjungit: Sed praesupposita unione amoris ad alterum, iam aliquis potest sperare, & desiderare aliquid alteri, sicut sibi, & secundum hoc potest sperare alteri vitam aeternam, in quantum est ei solus per amorem. Et sicut est eadem virtus charitatis, quae quidem diligit Deum, se ipsum, & proximum: ita etiam est eadem virtus spei; quae quidem sperat sibi ipsi, & alii.

XXVI. Si dicat primo. Velle bonum alteri, quem diligimus, est actus charitatis; ergo non spei. Respondeo, quod si haec argumentatio valesset, concluderetur, nec dari spem respectu nostri: nam etiam velle bonum beatitudinem, quae est summum bonum, pertinere videtur ad charitatem. Sicut ergo beatitudo respectu nostri considerari absolute potest, ut bonum nostrum: & sic terminat actum amoris concupiscentiae, quo & nos, & proximum ordinate diligimus: vel ut est bonum arduum, & obtentu difficile, ad quod proinde divini adiutorij opem indigemus, & ei unice nitimur, & hac ratione terminat actum spei. Similiter beatitudinem, ut est bonum proximi, per amorem ei concupiscentis: ut vero est bonum excellens, ac difficile, per spem eam illi volumus, & quantum possumus, ei cooperamur, tamquam est bonum nostrum. Unde Paulus 2. Cor. 1. v. 7. ait: Ut spes nostra firma sit pro vobis. Et v. 13. Spes autem, quod usque in finem cognoscitur. Item c. 10. v. 15. Spem autem habentes crederentis fidei vestrae &c. Item ad Galat. 5. v. 10. & alibi.

XXVII. Nota tamen: quod dum S. Th. dicit, aliquem posse alteri sperare vitam aeternam, in quantum est ei unitus per amorem, non requirit, quod sit unio per charitatem, sed per amorem: amor autem latius patet, quam charitas. Ideoque hac q. 17. a. 8. ad 2. Spes (inquit) & omnis motus appetitivus ex amore provenit aliquo, quo scilicet aliquis amat bonum expectatum. Sed non omnis spes provenit a charitate. Qui ergo, vel per amorem naturalem, vel per aliquem alium bonum affectum unitus est alteri, amans ejus bonum, tamquam aliquo modo suo, potest tum sibi, tum illi esse misericordia, & auxilio Dei sperare beatitudinem, etiam si non sit in charitate.

XXVIII. Dices secundo. Si sperare alteri beatitudinem effectus actus spei theologicae, sequeretur, quod si de salute proximi desperaret, amitteret habitum spei; virtus enim infausta per unum actum oppositum destruitur: sed hoc est falsum, potest enim de sua salute sperando, desperare de aliena, puta: de salute Antichristi; ergo &c.

Respondeo, majorem esse veram, si de salute proximi desperaret de auxilio, & omnipotentis misericordia Dei diffidens: sic enim rationem formalem spei penitus destrueret. Secus vero, si de aliena salute desperaret ex certa malitia, & obstinationis reprobi alicujus notitia, sicut de salute Antichristi desperamus.

QUESTIO II.

De Subiecto Spei.

De hoc agit S. Th. hac q. 2. a. 18. & nos cum eo in praesenti tractabimus: non quidem de subiecto Quo, nimirum, de potentia, in qua residet spes: hanc enim ex D. Th. hic a. 1. supponimus esse voluntatem cum actus fidei sit motus partis appetitive rationalis. Sed loquemur de subiecto Quod, nempe, de supposito.

DEVIUM I.

An in Beatis sit Spes: & an fuerit in Christo.

S. I.

Quadam Supponuntur.

I. De spe tam quoad habitum, quam quoad actum sermo erit. Hanc suppono non esse in Deo, nedum circa bona Deo intrinseca, quia cum Deus ita perfectissime possideat, ut non possit non possidere, est incapax ea forendi; quia spes essentialiter est de bono nondum obtento: sed etiam circa bona Deo extrinseca, quae Deus ab aeterno non possidet, ut sunt honor, gloria, vicibusque agit, quae ipsi ab hominibus exhibentur in tempore. Nam esse ejusmodi bona Deus ab aeterno non possederit; non tamen circa illa potuit in Deo esse spes. Primo. Quia Deus semper habuit iudicium clarum, & infallibile de talium bonorum futuratione; cum iudicio autem claro, seu cum clara visione rei futuri non componitur spes. Secundo. Quia talia bona sunt divine voluntati plenissime subiecta; ergo non sunt illi ardua: quod necessario requiritur ad spem. Ad dubium ergo veniendo.

II. Tripliciter potest agitari questum, an in Beatis sit spes. Primo. An in illis maneat idem habitus, & virtus, quae in vii dicebatur spes. Secundo. An in illis maneat aliquis actus spei theologiae elicitus ab auxilio speciali. Et tertio. An saltem maneat aliquis actus spei respectu gloriae proprii corporis, aut respectu consuetudinis suae beatitudinis.

S. I.

Resolutio de Beatis.

III. Dico primo. In Beatis non manet idem habitus, aut virtus, quae in via dicebatur spes. Colligitur ex illo Rom. 8. v. 24. Spes autem, quae videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Sed Beati in Patria beatitudinem videndo possident; ergo eam sperare amplius non possunt. Id enim, quod de ratione sui importat imperfectionem ex parte subiecti, non potest manere in subiecto opposita perfectione iam perfecta, sed spes de ratione sui hanc imperfectionem ex parte subiecti importat, ut subiectum nondum videat, & nondum tenet, ac possident, spei virtus esse non potest. Ita ex S. Thom. 1. 2. q. 67. art. 4. Probatur autem ratione S. Thom. hoc art. 2. sic. Subiecto objecto formali habitus, aut virtutis non potest remanere habitus, aut virtus: sed objectum formale habitus, seu virtutis spei subtrahitur a Beatis: hoc enim est Deus, ut possibilis haberi ex divino auxilio, seu beatitudo aeterna, ut bonum arduum futurum: de facto autem Beati Deum possident, & beatitudo non est illis futura, sed praesens: ergo &c. Hinc etiam in Beatis remaneant virtutes morales, quae habentur in via, est non secundum actum; quia objectum specificatum earum non repugnat statui beatitudinis: non tamen remanere potest spes, sicut nec fides, etiam quoad habitum.

IV. Dices. Sicut adeptio beatitudinis est quoddam bonum arduum, ita etiam ejus continuatio: sed homines antequam beatitudinem adipiscantur, habent spem de beatitudinis adeptione; ergo postquam sunt beatitudinem adepti possunt sperare beatitudinis continuationem.

V. Respondeo S. Thom. hac q. 28. art. 2. ad 2. nego conf. Quia Sanctorum beatitudo actu possessa est tota simul immutabiliter permanens: in quantum enim sunt beati, eternitatem participant, in qua non est praeteritum, nec futurum: beatitudo (inquit) Sanctorum est vita aeterna, quia per hoc, quod Deo fruuntur, efficiuntur quodammodo participes aeternitatis divinae, quae extendit omnes tempus: & ita continuatio beatitudinis non diversificatur per praesens, praeteritum, & futurum. Et ideo Beati non habent spem de continuatione beatitudinis, sed habent ipsam rem: quia non est illi ratio futuri. Quod non est simile in viatoribus; quoniam enim in beatitudine nihil fit futurum secundum se ipsa tamen est futura illis, qui nondum eam participant, quatenus eam sunt participaturi.

VI. Aliter respondet idem S. D. q. 10. de Spe art. 4. ad 3. Nimium, quod continuatio beatitudinis in eo, qui eam possidet, non habet rationem ardui: quia secum affert necessitatem non peccandi, & semper in eodem statu permanendi: quod non est simile de confirmatis in gratia. Nam hi, eorum certum est de sua beatitudine, adhuc tamen illis est futura, & ardua.

VII. Dico secundo. Nec manet in Beatis actus spei theologiae elicitus ab auxilio actuali. Prob. Nam in Beatis non manet actus principalis spei theologiae; quia non manet objectum ejus specificativum, nempe, Deus in nondum possessus, sed possidendus, ut dictum est. Nec etiam manent actus circa alia objecta secundaria, qui sunt veri actus spei: ut sequenti Assertionem ostendemus.

VIII. Neque dicitur, Beati sibi complacent in sua beatitudine, ut est bonum sibi: sed talis complacentia non potest esse charitatis, quae respicit Deum, ut bonum in se, non ut bonum ipsi amanti; ergo erit actus spei. Respondeo enim, nego min. Complacentia enim illa est actus charitatis saltem secundum actum. Amor enim concupiscentiae in Patria (si amor concupiscentiae est) a charitate procedit; quia amando primario Deum in se, amat consequenter divinam bonitatem, ut in seipso participat, eamque gaudet in se habere inamissibiliter: unde amor ille a Deo incipit, & ad Deum redit.

IX. Dico tertio. In Beatis neque circa gloriam proprii corporis, quam expectant, neque circa beatitudinem aliorum, quam desiderant, datur actus, qui sit vere, & proprius actus spei.

Quoad gloriam corporis docet S. Thom. 1. 2. q. 67. art. 4. ad 3. his verbis: Respectu autem gloriae corporis in animabus Sanctorum potest quidem esse desiderium, non tamen spes proprie loquendo. Neque secundum quod spes est virtus theologiae: sic enim ejus objectum est Deus, non autem aliquod bonum creatum. Neque secundum quod communiter sumitur; quia objectum spei est arduum, ut supra dictum est: bonum autem, cuius jam inevitabilem causam habemus, non comparatur ad nos in ratione ardui. Unde non proprie dicitur aliquis, qui habet argentum, sperare, se habiturum aliquid, quod statim in potestate ejus est, ut emas. Et similiter illi, qui habent gloriam animae, non proprie dicuntur sperare gloriam corporis, sed solum desiderare. Quoad salutem vero aliorum idem docet in 2. dist. 26. q. 2. art. 5. quae dicitur, ubi asserit: In Beatis circa salutem aliorum non esse spem, sed desiderium large sumptum.

Differentiam autem inter desiderium, & spem tradit S. Th. 1. 2. q. 40. art. 1. ex objecto. Nam objectum spei requiritur, quod sit aliquid arduum cum difficultate adipiscibile: non enim aliquis dicitur sperare minimum, quod statim est in sua potestate, ut habeat: & per hoc differt spes a desiderio, vel

cupiditate, quae est de bono futuro absolute. Unde pertinent ad concupiscentiam: spes autem ad irascibilem. Cum ergo gloria proprii corporis, sicut & salus aliorum, habentis gloriam essentialem, nempe, Deum, quid parvum sit, cum utrumque sit creatum: cumque insuper Beatus ratione sui statui gaudeat securitate obtinendi omnia, quae desiderat, & rursus habeat causam inevitabilem gloriae sui corporis obtinendae; & cooperari ad salutem aliorum ei facile sit, immo & obtinere eam a Deo, nisi per nos steterit: ideo respectu horum habet quidem desiderium, sed non spem.

X. Si autem queras: a qua virtute hoc desiderium in Beatis procedat? Respondeo, procedere ex virtute charitatis. Omnia enim praesata ab illis, dum erant viatores, voluta erant per charitatem, & per spem. Per charitatem quidem, quatenus erant bona ipsorum, vel aliorum: per charitatem enim optamus bona omnibus, quos diligimus ex charitate, & nobis scilicet, & proximis ut docet S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 2. Per spem vero, quatenus erant bona ipsorum, vel aliorum ardua. Evacuata ergo spe, & cessante arduitate, remanet ut purum charitatis objectum; & sic omnes praesata actus charitatis sunt.

XI. Sed dices. Destruo fundamentum, & pariete destruitur aedificium, sed in aedificio spirituali fides habet, ut fundamentum, spes, quae erigit, ut paries; ergo si tollantur fides, & spes, non manebit charitas, quae quasi aedificium operit multitudinem peccatorum.

XII. Respondeo, consequens verum esse, si tollatur fides, & spes quantum ad id, quod perfectio in eis est, ut tollantur per infidelitatem, & desperationem. Secus vero si tollantur per adventum perfectioris, nempe, fides per lumen clarum, & spes per comprehensionem. Eilo autem fides, & spes sunt fundamentum, & paries sustinent charitatem in statu imperfecto viae; in statu tamen consummato, & perfecto Patriae, fundamentum erit clara visio, & paries possessio ejusdem, quibus charitas incumbet.

S. III.

Resolutio de Christo Domino.

XIII. Dico primo. In Christo non fuit spes virtus theologica. Ita S. Thom. 3. 2. q. 7. art. 4. & probat. Quia spes virtus theologica habet pro objecto ipsum Deum, cuius fruitionem principaliter expectat: sed Christus non expectavit fruitionem Dei clare visi, sed a primo instanti suae conceptionis statim habuit; ergo non fuit in eo spes theologica.

XIV. Dico secundo. Respectu aliorum spectabilium creatorum, quae nondum erant adeptus, puta, gloriam, & immortalitatem proprii corporis, potuit Christus dici habuisse spem communiter dictam, non tamen theologiam. Ita S. Th. laudat. Prior pars probatur. Nam Christus potuit habere spem de his, quae nondum habebat: sed nondum habebat corporis immortalitatem, & gloriam; ergo &c.

Secunda vero pars probari potest ex dictis. Nam spes vere theologica respicit ut principale objectum, Deum nondum possessum: sed Christus, qui ab initio Beatus secundum animam perfecte possidebat Deum, de Deo spem habere non poterat: ergo spes, quae de aliis habebat, non erat vere theologica. Sicut ergo fides theologica non est de quocumque non viso, sed solum de Deo: ita etiam spes, in quantum est virtus theologica, non est de quocumque non habito, & proinde sacro, sed de ipso Deo, cuius fruitionem homo principaliter expectat per spem virtutum.

XV. Ex his tamen ne inferas, quod sicut Christus de aliquibus habuit spem largo modo: ita etiam de aliquibus habuerit fidem. Non, inquam. Nam, ut observat S. Th. citato loco ex 3. 2. fides est de non visis, seu de nondum clare cognitis; spes autem est de nondum habitis: Christo autem nihil erat obscure cognitum, sed omnia plene, & clare cognoscerebat: non omnia tamen statim perfecte adeptus fuerat, sed aliqua ad corpus spectantia ei supererat adipiscenda. Unde in Christo nullus locus erat fidei respectu quoruncumque: locus tamen erat fidei, saltem large, respectu aliorum.

XVI. Neque tandem inferas, quod cum Christus esset Beatus, nullus locus erat spei, sicut diximus in Beatis non esse. Nam discrimen est inter Christum, & Beatos. Hi etenim esse nondum possident gloriam proprii corporis, & aliqua alia; adhuc tamen ea non sperant, quia illis non representantur ut ardua. At Christo gloria sui corporis, & immortalitas representabatur ut ardua; quia licet illi esset debita vi beatitudinis, quae secundum animum fruebatur: divina tamen dispensatione ab illo comparanda non erat, nisi per passionem Crucis, & mortem: dicente ipso Luca 24. vers. 26. Nonne hoc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

DUBIUM II.

An in damnatis, & Animabus, quae fuerunt in Limbo, & modo sunt in Purgatorio, sit Spes Theologica?

S. I.

Resolutio de Damnatis.

I. Dico. In Damnatis non est spes: Ita S. Th. hac q. 18. art. 3. quae ratio est. Sicut ut praedictum, & veram beatitudinem requiritur, ut aliquis sit certus de suae beatitudinis perpetuitate; alioquin voluntas non quietaretur, si apprehendere posset, eam aliquando defecturam, vel posse deficere.

ere: ita ad veram, & rigorosam rationem poenae requiritur ut Damnatus sit certus de suae damnationis perpetuitate; alioquin voluntas est non omnimodo repugnans, si posset apprehendere, eam aliquando defecturam, vel deficere posse, vel saltem eam nunquam defecturam ignoraret.

Ex quibus ita discitur, Damnatis in Inferno non possunt apprehendere beatitudinem, ut bonum illis possibile in praesenti. Quamvis enim per absolutam Dei potentiam possent ab Inferno liberari, habent tamen iudicium certum, hanc libertatem illis non esse futuram in praesenti: poenae enim Damnatorum finem habentur non sunt, ut contra Origenem ostendemus. Tem. 1. in 1. p. 9. q. 9. de Paen. Aug. Quib. 5. Sed cum iudicio certo de non futuratione rei non potest stare spes, cuius objectum debet esse aliquid in praxi possibile futurum; ergo &c. Quod si ut probabile refertur, aliquos ab Inferis fuisse liberatos (cujus oppositum forte probabilius est) non proinde colligi potest, in Damnatis posse esse spem, Tum quia: tales non erant simpliciter Damnati, sed in Inferno depositi, ut in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. q. 1. ad 5. dicitur.

II. Probatur etiam, quia spes causalit gaudium, secundum illud Rom. 13. v. 12. Spe gaudentes: sed in Damnatis nullum est gaudium, sed summus dolor, & tristitia; ergo &c. Unde Proprii. 11. v. 7. dicitur, quod Morosus homine impio non erit ultra spes. Omnia enim supernaturalia dona a Damnato auferuntur, & etiam quaecumque bona, in quibus ante consistat.

III. Sed dices primo. Job 40. v. 28. de Diabolo dicitur: Spei ejus frustrabitur cum.

Respondeo primo, quod Scriptura ibi ad litteram loquitur de Ceto marino, qui licet magne sit quantitas, & fortitudinis, dum tamen piscis persequitur perennis, & expectans sortium capturam, interdum sua expectatione frustratur adeo ut excurrat eo; ubi pauca est aqua, neque valens evadere, mori ipse cogitur.

Respondeo secundo cum D. Th. hoc art. 5. ad 1. quod vel sicut Gregorius dicit 33. moral. c. 19. hoc dicitur de Diabolo secundum membra ejus, quorum spes annullabitur. Vel si intelligatur de ipso Diabolo, potest referri ad spem, quae sperat, de Sanctis virtutibus obtinere, secundum illud, quod supra praemisimus: habet fiduciam, quod Jordanis influit in os ejus. Nec autem non est spes, sed quae loquitur.

IV. Dices secundo. Si quis moriatur in errore Origenis, quod Damnatis aliquando liberabuntur, videtur habiturus spem: nam error ille perseverabit in Inferno. Respondeo, negando, quod errorum spes in illo perseveraret: in Inferno enim postus erratae sunt agnosceret, itaque in sui irreparabile exitum.

V. Dices tertio. Multi, qui damnantur, in hac vita habuerunt, & conservaverunt usque ad mortem spem; ergo ab eo post mortem non tollitur, qui post mortem nullum sit demeritum. Respondeo cum S. Thom. hoc art. 3. ad 3. nego, conf. Nam si illi in Inferno non esset spes, non esset spes, quae sperat, de Sanctis virtutibus obtinere, secundum illud, quod supra praemisimus: habet fiduciam, quod Jordanis influit in os ejus. Nec autem non est spes, sed quae loquitur.

VI. Dices quarto. In Damnatis, & Demoniis manet spes informis: cur ergo non manebit spes informis?

Nego in primis at. Ut enim ostendimus, fides, quae est in Demoniis, & damnatis, non est fides theologica adhuc informis, sed fides naturalis, & coacta ex evidentiis signorum. Verum quia aliqua saltem fides manet in Damnatis, nulla autem spes: respondeo cum S. Th. hoc art. 3. ad 2. quod Sicut Augustinus dicit in Enchirid. cap. 8. fides est malorum rerum, & bonarum, & praeteritarum, & praesentium, & futurarum, & suarum, & alienarum. Sed spes non est nisi rerum bonarum futurarum ad se pertinetium. Et ideo magis potest esse spes informis in Damnatis, quam spes, quia bona divina non sunt eis futura possibilis, sed sunt eis absentia.

S. II.

De Animabus olim in Limbo, & nunc in Purgatorio existentibus.

VII. Dico. In animabus olim in Limbo, & modo in Purgatorio positae spes theologica servanda est. Probatur ex D. Th. in 3. dist. 27. q. 2. art. 5. q. 4. Spem enim manifeste in Patribus, qui erant in Limbo, constat. eo quod beatitudo adhuc erat illis absens, & futura ardua, quia super eorum vires: atque adeo in illis locum habebat ratio formalis objecti spei, & proinde ipsa spes. Accedit: quod in illis, qui iustitiam retinebant, spes non evacuatur, nisi per hoc, quod acta habeant id, quod spearentur. Cum ergo illi, qui erant in Limbo, iustitiam retinebant, similiturque eam retineant, qui modo sunt in Purgatorio, nec tamen actu habeant beatitudinem, quam spearentur, sed illis adhuc sit futura, & ardua: dicendum est, quod spes, quam in hac vita habuerunt, non fuerit evacuata.

VIII. Neque obest, quod qui fuerant in Limbo, & qui sunt in Purgatorio, secuti sunt de sua beatitudine: hoc enim non tollit rationem spei. Primo. Quia certitudo de salute consequenda non evacuat spem, ut patet in B. Virgine, quae certa erat de sua salute, & tamen constat, habuisse spem. Secundo. Quia beatitudo adhuc illis representatur ut ardua; nondum enim habent evidentiam de illius adeptione: sed solum cognitionem obscuram per fidem: dum autem intellectus non convinctur per evidentiam, adhuc ambulat per fidem, & spem. Tertio. Quia esto certi, quod gloriam consequen-

tur: sunt tamen certi, quod illam non consequentur, nisi transiendo prius per gravissimas poenas. Sicut Christianus, esto certo, immo evidenter sciret, se consecuturum gloriam proprii corporis, quia tamen sciebat, se ad illam non perventurum, nisi per Passionem, & Mortem, illi erat ardua, & alio modo inevitabilis, ut diximus. Quarto. Quia esto tam Patres in Libro certi essent, & modo in Purgatorio certi sint de consecutione gloriae aliquando futurae: non tamen certi sunt, sed ignorabant, & ignorant tempus perfectionis, ex quo ardua illis representabatur, & modo representatur.

DUBIUM III.

In quibus sit Spei in hac Vita, & an sit Certa.

S. I.

Resolutio Prioris Parsi.

I. Dico primo. Spes theologica invenitur in omnibus Justis viatoribus, etiam in omnibus illis Fidelibus, qui tamen male vivunt; non desperant tamen, neque praesumunt, solis suis viribus veniam, aut gloriam consequi, vel sola Dei misericordia absque ullis bonis operibus.

Pars prior manifeste est Rom. 5. v. 2. ubi de Justis per gratiam dicitur: in quo speramus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Rom. 8. v. 24. Spe enim salvi facti sumus. Et 1. Petri 1. v. 3. Secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vitam. Unde Trident. Sess. 6. c. 7. docet, quod in infirmis iustificatione cum remissione peccatorum hic omnia simul insula accipit homo: ipsum Christum, cui insisterit, fidem, spem, & charitatem: Quare merito ab Innocentio XIII. c. 2. Mariis anath. 699. dicitur: Interim multae propositiones, quae a Justis peccatis recludebant omnes actus tum timoris, tum spei, tum propositi interesse: quarum prima erat: Datur libertatis Augusti auctoritas Dei, qui est charitas pura, & sine ulla admixtione morum, propositi interesse. Neque citius peccatorum, neque desideriorum remissionem habent amplius in eo peccato. Non amant, amplius Deum propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter filitatem in eo amando inventendam.

Interesse enim proprium, quod ad Dei gloriam ultimo refertur, non laedit puritatem charitatis, sed laesit, & ordinat ejus conformem. Primo. Quia si ex lege charitatis debemus velle bonum proximo, eadem lege, & ordine debemus velle bonum nobis, seu ut nobis bene sit. Secundo. Quia charitas, quantumcumque perfecta sit, non excludit, sed potius praecipit amorem sui, & aliorum propter Deum. Et hoc maxime, quando bonum, quod nobis volumus, non est distinctum ab ipso Deo, sed est ipse Deus, ut a nobis possidendus, quo modo amamus, & volumus per eam. Hinc S. Aug. in Psal. 72. Fatuum est (inquit) cor castum: gratis iam amatur Deus. Non ab illo vultus aliquid praesentium. Quod aliud praesentium parit a Deo, & propter hoc ipsum vultus Deo, castus facit, quod vult accipere a quam ipsum a quo vult accipere. Quod ergo, nullum praesentium Dei? Nullum vult ipsum praesentium Dei ipse Deus est. Hoc amatur, hoc diligit. Si aliud dicitur, non est castus amor Dei.

II. Posterior autem pars, nempe, spem manere in Fidelibus, licet peccatoribus, non est quidem a Tridentino aperte definita, sicut definitum est, manere fidem, colligitur tamen ex ejus doctrina, sess. 6. c. 6. & sess. 14. cap. 3. ubi spem in peccatore agnoscit: immo eum requirit, ut ad justificationem se disponat. Et sess. 6. can. 3. dum sperare, ut oportet ad justificationem gratiam consequendam, vult, esse non posse sine praesentione Spiritus Sancti gratia; sentit, spem, quae in peccatore nondum justificationis manet informis, quia sine charitate, adhuc esse donum Dei. Eadem est doctrina S. Th. 1. 2. q. 17. art. 18. ubi agnoscit spem, quae sit prior charitate; & art. 4. ad 2. ubi docet, spem non inhiis principaliter gratia iam habita: & ad 3. aliquos habentes spem deficere a beatitudine. Fuit etiam 2. 2. q. 65. art. 4. ubi expresse docet, fidem, & spem quantum ad substantiam virtutis, esse non quantum ad statum perfectum, esse posse sine charitate. De quo videri possunt dicta superius de fide, q. 3. Dub. 4. & Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Virtut. q. 3. Dub. 4.

III. Habet ergo spes theologica etiam in peccator fidem servans: non quia speret, se, dimittente in statu peccati, posse consequi beatitudinem; sed quia sperat, se per misericordiam Dei erudendum a statu peccati, & Tridentionis aperte statum gratiae, quae possit beatitudinem mereri. Quomodo autem tunc ex parte virtutes morales infuse in peccatore non manere voluit tamen Deus, ut in eo manerent fides, & spes, quae sunt velti semina, prima principia virtus spiritualis: & hoc, ut in eo esset aliquid, quo, accedente Spiritus Sancti motione, facilius posset a peccato resurgere.

Et demum, quamvis in peccatore non sit amor charitatis, potest in eo esse spes. Nam, ut supra dicebamus, ex D. Th. q. 17. art. 8. ad 2. & q. unica de Spe, art. 3. ad 4. spes quidem praesupponit aliquam amorem; non tamen oportet, quod praesupponat amorem charitatis, sed amorem sui ipsius, quo quis sperat sibi bonum divinum. Potest enim peccator se affici erga Deum, per fidem sibi propositum ut glorificatorem, ut quamvis enim nondum anteponeat omnibus aliis bonis, diligere tamen incipiat, ut summum bonum, quo desideret frui.

IV. Dico secundo. In haereticis non manet spes theologica. Probatur. Sublato fundamento cetera destruntur: sed in haereticis, ut diximus, non manet fides, quae est fundamentum, super quod erigitur spes; ergo in eis non manet spes. Praeterea: ut aliquis habeat spem theologiam, oportet, quod

imitatur auxilio Dei, per media ad finem speratum a Deo instituta: sed hereticus mediis non innidit a Deo institutis, sed ea eligit, quae sua existimatio sibi conficit; ergo &c.

S. II.

Quali certitudine gaudeat spes.

V. Spem vitorum debere esse firmam, & certam, praedicant Scripturae, praesertim ad Timoth. 1. v. 12, ubi Paulus: Non confundor (inquit) spei enim, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem. Et ad Hebr. 6. v. 18. Confitemur ad servandum propostam spem, quam sicut anchoram habemus habemus animam, ac firmam. Unde Conc. Trid. Sess. 6. cap. 13. docet, quod Iulii in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & repone, omnes debent. Ceterum, quomodo intelligenda sit haec certitudo, non omnes conveniunt. S. Th. hac q. 18. art. 4. docet, spem esse solum participative certam, certitudine participata a fide. Nam certitudinem essentialiter invenitur in vi cognoscitiva, & participative in omni eo, quod a vi cognoscitiva movetur ad finem suum; in omni fide, quae est in vi cognoscitiva, certitudinem habet de divinis promissionibus, earumque implemento, easque sic proponat voluntati, movet eam ad illas sperandas, & certo implendas, & futuras.

VI. Ceterum, ut certitudo spei melius percipiatur, sciendam certitudinem triplicem esse posse: nempe, conditionatam, quae aliquid dicitur certum, non absolute, sed quia alteroposito infallibiliter sequitur: quomodo filius dicitur certus haeres sui patris, quia positio, quod sit pater superest, neque agat aliquid exheredatione dignum, hereditatem adibit. Alteram absolutam, quae aliquid absolute, id est, nulla posita conditione, certo, & sine halitatione evenit: sicut certum est, omnes mortuos surrecturos, & omnes Sanctos cum Christo in aeternum regnuros. Tertiam, quae id certum dicitur, quod vel naturae insinuat, vel ex animi inclinatione fore semper uno modo fit: quomodo certum dicitur, quod sobrius aget sobrius, & Julius Iulius.

VII. Primum hinc certitudinis speciem convenire spei, certum est. Omnis enim, qui sperat vitam aeternam, certus est, quod illam consequetur: postquam quod fecerit omnia, quae ad eius consecutionem requiruntur: hoc est, si in iustitia perseveraverit usque in finem. Niditur autem haec certitudo, tum veniatur divina, quae nec falli, nec fallere potest: tum omnipotentis, quae nequit impediri: tum bonitatis divinae, quae tanta est, ut Patet proprio filio, non pepercit, sed pro nobis redidit illum.

VIII. Porro secunda certitudo, hoc est, absoluta non perfecte convenit spei, sed solum ex parte. Si enim spectetur spes, quatenus nititur divinae promissioni, omnipotentiae, & bonitati, ex hac parte habet absolutam beatitudinem: ideoque certissime expectans beatitudinem, ut iuxta divina promissa possit: quod Paulus, 2. ad Timoth. 1. v. 12. speravit, dum ait: Sed enim, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem. Nec de hoc dubitare sine fide Christiana. Ac si spectetur spes, ex hac parte certitudinem non habet: quia sperans non est certus, si vel merita habeat, vel in bonis meritis perseveraturum.

Hac cum ita sint, manifestum est, hinc esse hanc certitudinem commentum, quos, Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Iustific. reprobationem: nimirum, spem Christianam habere absolutam securitatem salutis, & hac certitudine debere sperare omnes Fideles. Nam Deus absolute promittit unicuique nostrum vitam aeternam, sed si vigilaverimus, si mandata eius custodierimus, si usque in finem in bono perseveraverimus. Quas conditiones cum nemo scire possit, in se esse adimplendas; sequitur, quod nec de consecutione rei promissa omnino certus, ac securus esse possit. Quapropter Paulus, ad Philipp. 1. vers. 12. Cum mori (inquit) & tremore vestram salutem operamini. 1. Cor. 10. v. 12. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. Et ad Hebr. 4. v. 1. Timamur, ergo, non fore relicta pollicitatione intendendi in requiem ejus, existimetur aliquis ex nobis desisse. Unde ipse, 1. Cor. 9. v. 26. & 27. certus de divinis promissis, dicit: Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aërem verberans. Deinde de se ipso incertus, subiungit: Sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte, cum alia praedicaverim, ipse reprobus efficiar.

IX. Tertia certitudo etiam spei iure convenit. Nam sicut quilibet alia virtus infallibiliter inclinat ad proprium actum ita spes. Sicut enim temperantia sic temperantis animam adicit, ut ad sobrias, & pudicas actiones prompte, conlatur; & certo fertur: ita spes animam sperantis erigit ad aeternam felicitatem certo, & determinato modo expectandam, & gratia nempe, & meritis gratia comparatis. Haec autem spei certitudo oritur ex iudicio fidei: cum enim fides iudicat, quod Deus, qui promittit beatitudinem obtemperantibus, sit verax & omnipotens; oritur certa beatitudinis expectatio sub conditione, sub qua est promissa. Et cum eadem fides iudicat, quod beatitudo non dabitur, nisi bene gratias, & meritis gratiae; oritur expectatio ejusdem, sicut per se, & ex sua ratione formaliter obiectiva habere omnimodam certitudinem, & infallibilitatem eventus. Quod si internum a certitudine deficit, & ab eventu rei speratae, hoc est ex parte subiecti, & per accidens nempe, liberi arbitrii declinantis in peccatum. Sicut jam habet per se absolutam certitudinem calefaciendi; & tamen internum deficit per accidens ex aliquo impedimento, quod obicitur. Uno verbo. Spes non dicitur certa, quae

vel hibitus spei, vel merita non possint deficere: sed quia res sperata certo eveniet, si ponatur omnia praesequitur. XI. Ex quibus jam videre licet, quomodo certitudo spei differat a certitudine fidei. Primo enim differt: quod certitudo fidei est in intellectu, & proinde essentialiter: certitudo spei est in voluntate, & proinde participata a fide. Secundo: quod certitudo fidei non potest deficere, sed certitudo spei potest per accidens deficere. Tertio: quia certitudo fidei repugnat errori, & dubitationi, certitudo spei diffidentiae, & hesitationi.

DUBIUM IV.

An ille, cui facta est revelatio de propria damnatione, possit adire, & teneatur, suam sperare beatitudinem spei Theologicae?

S. I.

Primumne scitu necessarium.

I. PRO resolutione praesentis Dubii supponendum est, quod obiectum spei, esto non debeat esse absolute futurum in re, & cum multi Reprobi, quibus certo proprio beatitudo in re non est futura, in varios actus spei circa illam erumpant; neque debeat certo iudicari absolute futurum, quod speramus, quia in hac vita speramus beatitudinem, quod speramus, non iudicamus nobis esse futuram: nihilominus obiectum spei debet taliter proponi, ut prudenter iudicare possimus, ipsum esse futurum, seu nos esse consecuturos, quod speramus. Cum enim spes sit ardens conatus voluntatis praetendens efficaciter rei speratae consecutionem; requirit in praetendens iudicium tale, quod prudenter iudicet, se consecuturum id, quod praetendit. Ex quo fit, ut qui certo iudicet, se non esse afsecuturum; neque possit prudenter iudicare, se esse afsecuturum, neque consequenter sperare. Haec pro resolutione praesentis Dubii pra oculis habenda sunt.

II. Hinc ergo ut viam aperiamus, supponere debemus, saltem de potentia Dei extraordinaria, possibile esse casum, quo alicui vitori Deus absoluta revelatione certo revelat suam damnationem; & quod homo ille tali revelatione certum praebet aliquid. Cum enim Deus clare, & certo cognoscat cuiusque salutem, vel damnationem, quare hanc non possit, si vellet, homini revelare? Unde id expresse docet S. Thom. Quae. 23. de Verit. art. 8. ad 2. Et ratio est. Quia in hoc nulla apparet contradictio, & possunt Deo esse rationes id faciendi, quas nos ignoramus. Quomodo enim Deus de facto revelavit animae Christi omnium Reprobatorum damnationem, & Ecclesiae revelavit damnationem Antichristi futuri, ac multis Sanctis eorum futura merita, confirmationem in gratia, & demum gloriam; & sicut D. Petro praedixit ejus vitam negationem futuram, similiter possit, si vellet, alicui suam damnationem absolute revelare. Quare ergo an ille miser, qui adeo iniusta fuerit revelatio, quaeque illi assensum certo praebet, possit, ac teneatur, adhuc sperare suam beatitudinem? Qua in re quidem, tum ex Veteribus, tum ex Recentioribus, affirmant: Alii vero, & praesertim Nolratres, frequentius negant.

S. II.

Resolvitur Dubium.

III. Dico primo, Is, cui revelaretur sua damnatio, debet etiam accipere per modum comminationis, & non per modum absolute praedictionis; ac proinde debet adhuc sperare, & desperando peccare: nisi forte esset talis, quae ei constaret, esse absolutam praedictionem. Ita S. Th. Quae. 23. de Verit. citata. Probatur. Is enim, qui fieret revelatio de sua damnatione, nisi aliter aliunde ei constaret, debet respiciens ad misericordiam Dei, quia vult omnes homines salvos fieri, & neminem perire, exillimare, dictam revelationem esse conditionatam: nimirum se esse damnandum, si in peccata perseveret, & nisi respiciat: & eo modo, quo Nimirum timore concussu penitentiam egerunt, ita ipse ad divinam gratiam confingere debet, sperans, ejus auxilio se abluturum fore damnationis causas; ergo debet, postquam suam salutem adhuc sperare.

IV. Dico secundo, Si is, cui fieret revelatio de sua damnatione, certo sciret: eam esse de sua damnatione absolute, & impossibilitate futuram, nec possit, nec teneatur, suam salutem amplius sperare spei theologicae, nec peccare desperando. Colligitur ex D. Thoma citata q. 23. de Verit. art. 8. ad 2. ubi ait, quod talis revelatio cogit hominem desperare.

Prode autem sic: Ille talis non possit amplius sperare suam salutem; ergo neque teneatur eam sperare. Ant. prob. Tum quia: in eo destructa esset ratio formalis spei theologicae, quae est beatitudo, ut possibilis, & aliquando futura: Tum quia: ut quis possit sperare suam beatitudinem, debet posse formare iudicium, quod prudenter iudicet suam beatitudinem sibi aliquando futuram: sed in hypothese talis revelationis, nedum non possit formare iudicium prudens de sua beatitudine aliquando futura: sed formare debet iudicium certum de sua beatitudine non futura, utpote innoxium divinae revelationi, quae nec falli, nec fallere potest, & cui ille firmam assensum praebuisse supponitur; ergo &c.

V. Confirmatur primo. Talis non possit certa cum fiducia expectare beatitudinem: quomodo enim certa cum fiducia expectaret id, quod certissime novit, se nunquam obtenturum? Ergo non possit eam sperare.

VI. Confirmatur secundo. Ideo beatitudo illi esset adhuc sperabilis, quia adhuc ei remaneret possibilis, quantum esset vi auxiliiorum sufficientium, quae illi essent parata; sed hoc non sufficit; ergo &c. Min. prob. Ut aliquid sit sperabile, non sufficit, ut iudicetur, sibi illud esse possibile; sed etiam damnati possent suam sperare salutem, & quilibet homo possit sperare Incarnationem, cum utrumque sit absolute possibile; sed requiritur, ut prudenter iudicetur, esse possibile sibi hic, & nunc, & in praxi expectari tamquam futurum: ad ille talis non possit prudenter iudicare, beatitudinem sibi hic & nunc esse possibilem, & de posse expectari, ut futuram, quin potius prudenter deberet iudicare, sibi hic & nunc eam non esse possibilem; ergo eam sperare potest; Non enim aliquid sperat; quod omnino adipisci non potest, & secundum hoc differt spes a desperatione, ut ait D. Thom. 1. 2. q. 49. art. 1. Immo praesentata sibi beatitudine, quam, stante tali revelatione, iudicaret sibi factam in praxi impossibilem, ab ea per desperationem recedere teneatur. Quia, ut ait idem S. Thom. loco mox citato, art. 4. Obiectum spei, quod est bonum arduum, habet quidem rationem attractivam, prout consideratur cum possibilitate adipiscendi; & sic tendit in ipsum suum, quae importat quandam accessum. Sed secundum quod consideratur cum impossibilitate obtinendi, habet rationem repulsivam. . . & sic respicit hoc obiectum desperationis.

VII. Secundo prob. Si quis per revelationem certo sciret, aliquem esse Reprobum, non speraret, nec teneatur sperare illi beatitudinem; ergo neque ille, qui per revelationem certo sciret, se esse Reprobum, possit, ac teneatur, sibi sperare beatitudinem. Conf. videtur sequi. Nam sicut stante revelatione de alterius certa reprobatione, non possit formare iudicium prudens de illius futura salute, ita stante revelatione de sua certa reprobatione, non possit formare certum. Ant. probatur ex S. August. lib. 21. de Civit. Dei cap. 25. dicente: Si de aliquibus in Ecclesia certa esset, ut qui sine illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sint constituti, tamen praedestinati sunt, in aeternum ignem ire cum Diabolo, tam pro eis non oraret, quam nec pro ipsis. Tum etiam: quia nullus sperat beatitudinem Antichristi. Nec peccat desperando de salute ejus; quia certo scimus ex Scriptura, eum Reprobum esse.

S. III.

Solvitur Oppositio.

VIII. Opponunt primo. Supposita tali revelatione, adhuc beatitudo remaneret illi possibilis, cum adhuc ei concederetur auxilia sufficientia, quibus in ipso perseveraret potentia ad bene operandum, & merendum beatitudinem, sicut erat ante revelationem; ergo, adhuc ea posita, possit, & teneatur sperare suam beatitudinem.

IX. Respondeo, conc. antec. Invenit tamen de possibilitate antecedente, non de possibilitate consequente; & in praxi, negando conc. Ut enim possit sperare suam beatitudinem, debet posse prudenter exillimare, sibi eam esse futuram; quod in hypothese homo ille formare non possit: immo haberet iudicium certum de non futuritione illius, cum quo stare nequit iudicium prudens de illius futuritione.

X. Sed instari potest primo. Ego non possit sperare beatitudinem, ut absolute futuram; possit tamen eam sperare, ut futuram, quantum est ex vi suorum actuum & auxilii Dei parati; ergo &c.

Secundo. Ille illo, cui facta esset talis revelatio, non possit potestate consequente prudenter estimare, se beatitudinem consecuturum; potest tamen potestate antecedente: sed hoc sufficeret ad habendum spem &c. ergo &c. Maj. probatur. Quia praesentia, & revelatio non inducit necessitatem antecedentem, sicut nec gratia efficiat; ergo sicut revelatio de uno, & modo efficit ad unum, non facit, oppositum esse antecedente impossibilem antecedente iudicium prudens de salute.

Tertio. Et, cui facta esset praesentia revelatio, adhuc esset possibilis salus; ergo esse ei possibilis spes; quia salus non est possibilis, nisi mediis fidei, spei, & caritatis.

XI. Respondeo ad primam instantiam, neg. antec. Ut enim beatitudo possit sperari, debet posse apprehendi, ut futura ex vi suorum operum, & auxilii parati; & consequenter apprehendi, ut futura operatio bona correspondens salvationi, nempe, operatio bona in fine vitae, & donum perseverantiae: supposita autem revelatione damnationis, ut potius propter demeritum, operatio illa respondens gloriae non apprehenderetur ut futura, sed potius ut certo non futura: ideoque nec possit apprehendi gloria ut futura, quantum est ex vi bonorum operum.

Quod confirmo. Si enim Deus revelaret alicui, se consecuturum quidem gloriam, sed non in tali gradu, puta, ut certus; non speraret talem gradum gloriae ut possibilem, & futurum suis actibus, & auxilio Dei parato; ergo neque ille, cui facta esset revelatio propriae damnationis, sperare possit suam beatitudinem, ut simili modo possibilem, & futuram. Simile etiam argumentum fieri potest de eo, cui Deus revelaret poenam suorum peccatorum luendam in Purgatorio: non enim speraret evasionem; certo ferens, infallibiliter, fore, quod Deus revelavit.

XII. Ad secundam nego absolute maj. Cum enim assensus absolute revelationis de damnatione inferat iudicium certum de non futuritione beatitudinis, tollit potentiam antecedentem ad formandum iudicium prudens de futuritione illius; tollit enim obiectum spei, quod essentialiter excludit iudicium

cium certum de non futuritione rei speratae: & subinde tollit etiam potentiam antecedentem, ac impossibilem reddidit illi auxilium sufficienti ad sperandum. Quomodo enim si tolleretur obiectum formale visus, nempe color, & lux, non possit dari ullum auxilium sufficienti ad videndum; quia esset impossibile actus visus; ita cum stante revelatione in casu tolleretur ab eo obiectum spei, quod est beatitudo futura, vel effective, vel existimative, non possit per ullum auxilium sperari beatitudo.

Nec est simile de praesentia, revelatione, & motione efficaci ad unum. His enim positis, adhuc manet possibile oppositum; & consequenter obiectum potentiae antecedentis non laeditur, quod est possibile. At in casu revelationis de propria damnatione, formato jam iudicio certo de illius futuritione, beatitudo prorsus decidit ab obiecto spei, quod debet esse bonum arduum possibile, & saltem in existimatione prudens futurum, & in praxi possibile.

Quod si dicas, in potestate ejus fore, illam certitudinem amittere, amittendo fidem de sua damnatione, quia amissa, possit prudenter estimare, suam beatitudinem esse futuram. Respondeo, quod si voluntarie amitteret fidem tali revelationis de sua damnatione, amitteret etiam spem theologicam: sicut non possit prudenter estimare, se beatitudinem assecuturum.

XIII. Ad tertium dist. ant. Esset possibilis salus speculativa, conc. antec. Practice, nego antec. & consequ. Quia res possibilis mere speculativa praescindit a mediis, quibus res in praxi obtinenda est.

XIV. Opponunt secundo. Ille homo adhuc teneatur observare legem; ergo non maneret liber a lege spei, & consequenter possit sperare. Conf. prob. Tum a paritate rationis. Tum quia observantia legis spei videtur necessaria ad alia praesentia observanda: nam subdita intentione finis non possunt appeti media, & cessante obligatione finis, cessat obligatio volendi media.

XV. Respondeo, conc. ant. nego conf. Ad primam probationem disparitas est. Quia praesentia revelatione destruit rationem formalem obiecti spei: non tamen aliarum virtutum, de actibus quarum dantur in lege praesentia: ideoque teneatur quoad alia praesentia legem observare: non autem quoad praesentia spei, quod illi factum esset observatum possibile. Ad impossibile autem nec tenetur, ut contra Janenium Ecclesia statuit.

Ad secundam prob. fateor, spem beatitudinis multum conducere ad observanda praesentia. Quia, ut docet S. Th. 2. 2. q. 23. art. 1. Per spem primum homo inducitur ad observantiam praesentium: ideoque illi, cui facta esset praesentia revelatio, valde difficile foret non imitari eos, qui (ut dicitur, ad Ephes. 4. v. 19.) desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae carnis. Non tamen ita ei necessarium foret, ut sine spe recederet ei omnino impossibilitate aliorum mandatorum observatio: possit enim ille ex observare ex motivo honestatis, & quia rationi congruum. Etsi autem, remota intentione beatitudinis, eiam auferatur obligatio volendi actus virtutum, quatenus sunt media ad talem finem; non tamen quatenus sunt conformes rationi, & actus oppositi vitorum recte rationi dissonant: quo motivo multi ex Gentilibus naturalia praesentia impleverunt.

XVI. Opponunt tertio. Homo ille non possit licite de sua salute desperare; ergo possit eam sperare: si enim non possit eam sperare, licite de ea desperare possit. Ant. prob. Desperatio enim est intrinsece mala. Tum quia: est fuga, & notitia boni. Tum quia: detrahit divinae misericordiae.

XVII. Respondeo, neg. antec. Oppositum enim docet S. Thom. 2. 2. de Verit. art. 8. ad 2. ut supra diximus. Ad prob. dico, desperationem posse dupliciter contingere. Uno modo, per diffidentiam misericordiae Dei, & ejus omnipotentiae, tamquam insufficientis ad salvandum; & hoc modo desperare est intrinsece malum, ac Dei misericordiae, & omnipotentiae derogat. Alio modo, solum diffidentiam de consecutione beatitudinis: quia certo scit, Deum retrahere velie ab eo suam misericordiam, ut in eo exerceat suam iustitiam; & hac nullam injuriam divinae misericordiae facit, neque peccatum est. Similiter figura, & notitia beatitudinis, licet inordinata sit, quando respicitur tamquam mala; non tamen quando respicitur, quia vere facta est in praxi impossibilis, quomodo in casu praesentis contingeret.

Hinc S. Thom. 2. 2. quae. 20. art. 1. ad 5. docet: quod Damiani non fuit in statu sperandi, propter impossibilitatem rediens ad beatitudinem. Et ideo quod non sperans, non impunitus ad culpam, sed est pars damnationis eorum. Sicut etiam in statu via si quis desperaret de eo, quod non est vicius adipisci, vel quod est ei abicitum adipisci, non esset peccatum.

Ex hac S. Thomae doctrina colligo, dupliciter posse aliquem desperare de salute. Vel positive, seu privative, quia cum possit, & debeat sperare non vult sperare: & hoc modo desperare, peccatum est. Vel tantum negative; quia sperare est impossibile: & hoc modo non sperare, peccatum non est. Ille ergo, cui facta esset revelatio de sua damnatione, quia salus propria facta esset ei impossibilis sperare, desperando, seu verius non sperando non peccaret: unde daretur in eo medium, ut nec speraret, nec positive desperaret, sed non speraret, id est negative se haberet.

XVIII. Opponunt quarto. Si cupitiam fieret revelatio peccati futuri, sicut facta fuit Divo Petro, cum Christus ei dixit, Matth. 26. v. 75. Ter me negabis, non liceret desperare evasionem peccati, sed eam sperare teneatur; ergo etiam fieret revelatio damnationis, teneatur homo sperare ejus

evafionem, & proinde salutem. Conf. patet. Quia eadem ratio est quoad certitudinem eventus, facta revelatione, & quoad dependentiam a libero consensu nostro: sicut enim peccatum committendum est libero nostro consensu: ita salus amittenda est liberis nostris actibus, ac demeritis. Antec. vero probatur. Si liceret desperare, aut non sperare evafionem peccati, liceret non cavere peccatum, neque conari illud impedire; quia si licet omittere finem, licebit & omittere media, & qui ita desperaret, eo ipso consentiret peccato; cum sine spe evafionis nequeat vitari peccatum, vel consensus in illud: hoc autem est falsum; ergo &c.

XIX. Respondeo, quod ille, cui fieret revelatio peccati futuri, dupliciter egera illam potest se gerere. Vel illi non assentiendo, seu ad eam non attendendo. Vel illi assensum prebendo, eique adhaerendo. Si priori modo se gerat, perinde est, ac si revelatio ei facta non fuisset: & propterea tenetur non solum vitare peccatum, sed potest evafionem peccati sperare. Et hoc modo visus est se gessisse Divus Petrus; revelationi enim de sua trina negatione non dedit assensum, tamenque absolute, vel saltem ad eam non attendit; sed tunc solum, postquam in negationem lapsus est. Unde dicitur citato loco: *Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat. Quare Petrus, & tenebatur evare trinum negationem, & poterat sperare se evafurum.*

Si vero secundo modo se gerat, firmum assensum prebendo revelationi, & formando iudicium certum de non futura evafione peccati revelati, sic nego ant. & ad prob. nego similiter ant. Nam spes evadendi peccatum non ita est necessaria, ut sine illa peccatum caveri non possit: cum sepe evadamus peccatum, nihil cogitantes de spe illud evadendi. Ad obligationem igitur evadendi, seu cavendi peccatum, sufficit, non esse ligatam voluntatem, & in potestate hominis esse peccatum cavere; quae potestas non auferitur per revelationem praedictam, cum non auferat rationem formalem objecti aliam virtutum. E contra vero cum tali revelatione auferatur ratio formalis objecti spei: inde est, quod evafio peccati sperabilis non est, cum tamen se homini possibilis.

XX. Opponunt quinto. Facta revelatione propria damnationis, potest quis sperare donum perseverantiae; ergo & probabiliter exultare, suam salutem esse sibi futuram. Ant. prob. Nam poterit habere effectum propositum observandi totam legem, usque ad finem vitae.

XXI. Respondeo, negand. antec. Ad prob. dist. antec. Poterit potentia possibilitatis seu antecedente, conc. ant. Potentia futuritionis, seu consequenter, nego ant. Stante enim revelatione Dei de sua damnatione, in fine vitae de facto legem non adimplebit, esto possit absolute adimplere; alioquin divinam revelationem falsificaret, si de facto in fine vitae legem impleverit.

XXII. Opponunt sexto. Potest quis sperare beatitudinem non futuram, ut patet in Rebro, cuius salus futura non est: & tamen illum sperat; ergo ex quo facta revelatione de damnatione salus non sit futura, adhuc maneret de illa possibilis spes.

XXIII. Respondeo, quod licet salus Rebro in re futura non sit; quousque tamen illi non est revelatum oppositum, prudenter existimat, eam sibi esse futuram: quod satis esse ad spem, supra diximus. At in casu revelationis propria damnationis salus nedium non esset in re futura; sed neque prudenter apprehendi potest, ut futura; & ideo ab eo sperari non potest. Nec refert, quod ille adhuc esse viator. Nam ad hoc non requiritur, ut possit sperare beatitudinem, ut futuram: sed sufficit, ut non sit in termino suae damnationis, sed respiciat suam damnationem nondum habitam, sed ut futuram.

S. IV.

De Desperatione.

XXIV. **S**pe opponitur desperatio. Sicut enim per spem ad Deum accedimus recte existimantes de divina bonitate, & misericordia: ita per desperationem a Deo recedimus, de eius misericordia, & bonitate falso existimantes, nimirum, quod peccatori poenitenti veniam denegat, & parcere nolit; propterea ad calcem Tractatus de Spe Theologica aliquid de desperatione apponere, inutile non erit.

XXV. Desperationem ergo in homine viatore peccatum esse, ostendit S. Thom. 2. 2. q. 20. ar. 1. Motus enim appetitus sequens filiam existimationem de Deo, secundum se malus est, & peccatum: sed desperatio est motus appetitus sequens falsam existimationem de Deo: cum enim vera existimatio de Deo, quam sequitur spes, sit: *Quod ex ipso procedit hominum salus, & venia peccatoribus datur, secundum illud Esch. 18. Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Falsa opinio (quam sequitur desperatio) est, quod peccatori poenitenti veniam denegat, vel quod peccatori ad se non convertatur per gratiam iustificatam.* Unde desperatio ex timore Dei & horrore magnitudinis peccatorum occasionaliter procedit, & male utitur. Cum enim ex timore Dei deberet potius ad ipsum, veniam petens, converti; et horrore magnitudinis peccatorum ad leviores poenitentiam induci: hinc bonis motibus abutitur, a Deo poenitendo, quasi nolit, ne sit semper paratus, peccatore, quamvis impium, ad veniam, si supplex eam petat, recipere.

XXVI. Quia vero S. Thomas dicit, desperationem includere

re falsam existimationem, & errorem de Deo; quod scilicet non sit semper paratus peccatore ad veniam admittere, hinc merito movetur Dubium: an Desperatio sit semper conjuncta cum infidelitate, quae desperans credit, non dari in Ecclesia remissionem peccatorum: quae fuit haeresis Novatianorum.

XXVII. Cui Dubio respondet S. Thom. hac 9. 20. ar. 2. negative. Et notat, quod potest aliquis falsam existimationem habere: vel in universalis, & speculativae: vel in particulari, & practicae ex passione, & appetitu corrupto. Et quod licet qui habet falsam existimationem in universalis, circa aliquid quam veritatem fidei, sit infidelis, non tamen ille, qui habens veram existimationem in universalis, solum habet falsam existimationem in iudicio particulari corrupto per habitum, vel passionem: Sicut inquit ille, qui fornicatur, eligendo fornicationem, ut bonum sibi sit nunc, habet corruptam existimationem in particulari, cum tamen retineat universalem existimationem veram secundum fidem, scilicet, quod fornicatio sit morale peccatum.

Ex quibus format rationem sic. Qui, licet habet falsam existimationem in iudicio practico particulari, habet tamen existimationem in universalis veram, secundum fidem; peccat quidem mortaliter, sed sine infidelitate: atqui contingere potest, quod aliquis retineat existimationem in universalis veram, secundum fidem, nempe, quod in Ecclesia detur remissio peccatorum cuicumque vere poenitenti; corrupta tamen eius existimatione circa particulare, practice iudicet, quod sibi in tali statu existenti, non sit sperandum de venia, & sic desperet; ergo contingere potest desperatio absque infidelitate. Unde ibidem ad 2. ait: *Quod si quis in universalis existimaret, misericordiam Dei non esse infinitam, esset infidelis. Hoc autem non existimat desperans, sed quod sibi in statu illo, propter aliquam particularem dispositionem, non sit de divina misericordia sperandum.*

XXVIII. Sed contra hanc doctrinam obstat verbum primo. Cum enim propositio particularis sequatur ex universalis, & ex vero non possit esse falsam; quomodo ex existimatione universalis vera sequi potest existimatio particularis falsa?

Secundo. Qui negat veritatem aliquam particularem inclusam in veritate universalis, hoc ipso etiam negat universalem; ergo qui desperans iudicat, se non posse sperare veniam, hoc ipso negat, remissionem peccatorum in Ecclesia esse possibilem, & sic est infidelis.

Tertio. Exemplum allatum de fornicatore non videtur ad rem: nam is, dum iudicio particulari iudicat, fornicationem esse sibi bonam, non contradicit iudicio universalis, quod iudicat, eandem esse malam. Quia iudicium universale est de bono bonitate morali, iudicium vero particulare est de bono delectabili.

XXIX. Respondeo. Ad primum dico, propositionem in particulari falsam non sequi immediate ex universalis vera, sed mediante existimatione particulari falsa: quia ut ait S. Doct. hic in cap. *Neesse est, quod ab existimatione in universalis ad existimatum vel particularem per se sequitur, sed existimatio particulari non inferitur conclusio particularis, nisi assumendo particularem.* Quare conclusio falsa sequitur ab existimatione particulari, & practica falsa, non ex universalis speculativa vera.

XXX. Ad secundum similiter, nego ant. Qui enim iudicio aliquo particulari practico negat veritatem aliquam particularem, non negat universalem; quia sic negans non sequitur, sed potius recedit a iudicio universalis, & sequitur appetitum, vel passionem, ex qua iudicium particulare practicum oppositum, & falsum efformat.

XXXI. Ad tertium dico, exemplum esse ad rem. Sicut enim qui fornicatur, retenta universalis existimatione vera, secundum fidem, quod omnis fornicatio sit peccatum morale, & non faciendum; ex alia existimatione corrupta, quam ei suggerit passio, format iudicium particulare falsum, nimirum, esse hic & nunc fornicandum: ita fieri potest, quod quis retenta universalis existimatione fidei, quod nimirum remissio peccatorum in Ecclesia sit possibilis; ex alio principio falso existimet, se in tali statu esse, in quo non sit sibi sperandum de venia. Contradictio autem inter existimationem universalem veram, & particularem falsam ad intentum praefens itat in hoc, quod universalis dicitur, non esse faciendum, & particularis dicitur, esse hic, & nunc faciendum. Et in hoc conveniunt, tam ille, qui fornicatur, quam qui desperat.

XXXII. An vero desperatio sit maximum peccatum respondet S. Th. hac 9. 20. ar. 3. esse quidem gravius eius peccatis, quae opponuntur virtutibus moralibus, quia directius peccat a Deo: minus tamen grave esse, ex sua specie, infidelitate, & odio Dei. Quia infidelitas, & odium Dei sunt contra Deum, ut in se est, illa contra veritatem, cui non credit; istud contra bonitatem Dei, quam odit: desperatio autem est contra bonitatem Dei ut participat a nobis, quam se posse participare, desperat.

Addit tamen, ex parte nostra esse periculosiorem desperationem, quam infidelitatem, & odium Dei. Quia per spem revocatur a malis, & inducitur ad bona praefutura: unde per desperationem substat spe, & irrefrenatae homines ruunt in vita. Unde Jerem. 18. *Desperavimus post cogitationes nostras inimis, & unusquisque praevaricatus cordis sui malis faciemus.* Et cap. 15. *Plaga mea desperabilis, renuit curari.* Et ad Eph. 4. v. 19. *Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis, in avaritiam.* Sed hac fatis.

TRACTATUS DUODECIMUS. DE CHARITATE.



Charitatem pro mutuo amore, quo homines se invicem diligunt, vel ipsi Ethnici agnoverunt; & nos in hoc eodem sensu charitatem hic usurpamus; non tam pro amore, quo homines praefato seipos diligunt; sed principaliter pro amore, quo feruntur in ipsum Deum, eumque diligunt, ex quo ipsi, ut etiam hominem diligant propter ipsum. Verum quia amorem Deum contingit dupliciter: vel amore naturali, quo Deus diligitur, ut auctor naturae, de quo egimus in Tract. de Necessitate Gratiae, Tom. 1. in 1. 2. vel amore supernaturali, quo Deum auctorem supernaturalium, prout necesse excedit omnem naturae exigentiam diligimus, qui amor proprie charitatis virtutis theologiae nomen, & rationem sibi vindicat: ideo de amore, & charitate hoc secundo modo accepta praefens erit Tractatus.

tem dixi amicos, quia omnia, quaequeque videtur a Patre meo, mea fieri vobis. VI. Tandem debent amici esse mutui amoris certi: hoc autem charitas facit. Nam in primis amor noster occultus, & interior Deo est notus, Iustus se a Deo redimari non licet; sicut enim, Deum diligentes se diligere: & quamvis certum non cognoscant, id tamen ex conjecturis, & signis, quantum sufficit, colligere possunt. Nam etiam quando unus homo est alteri amicus, non majore certitudine, quam ex signis, & effectibus, alterius dilectionem dignoscere potest.

S. II.

Contrariae Respondeo.

VII. **P**rimo obijciunt. Deus sicut nihil facit, ita nihil amat, nisi propter semetipsum, sicut propter finem ultimum, sed ad utilitatem nostram, non ad suam, ut qui bonorum nostrorum non indiget, Mal. 1. v. 2. Vult ergo bonum nobis, quando nos ad se, ut ad destinatum finem refert, in quo verum nostrum bonum situm est. Quod si August. lib. 1. de Civitate Christiana cap. 31. dicit: *Deus non sperat nobis, sed utitur, verum dicit: sed hic Dei usus, non ad suam, sed ad nostram refertur utilitatem.*

Ad id, quod addit, neg. conf. Quamvis enim Deus nullo bono caret, possimus tamen ei velle bona, vel interna, complacendo nobis, quod illa habeat, & de hoc gaudentes; vel externa, ut honorem, cultum, tum exhibendo, tum desiderando, tum procurando: unde dicitur quodlibet *Satisfacetur nomen tuum*. Nec refert, quod nihil Deo dare possimus: quod suum non sit, eique ex iustitia debitum. Nam hoc est bonitas Dei erga nos, ut accipiat a nobis, tanquam dona nostra, & merita, quae sunt ipsi debita, & quae sunt bona sua.

IX. Secundo obijciunt. Inter dominum, & servum non datur vera amicitia. Tum quia: quidquid servi est, domini est: unde non datur alteritas necessaria ad amicitiam, sicut nec ad iustitiam. Tum quia, inter amicos requiritur mutuum convictus, qui inter dominum, & servum non datur, sed homines quantumcumque iusti, sunt servi Dei; ergo &c.

Ad id, quod addit, neg. conf. Quamvis enim Deus nullo bono caret, possimus tamen ei velle bona, vel interna, complacendo nobis, quod illa habeat, & de hoc gaudentes; vel externa, ut honorem, cultum, tum exhibendo, tum desiderando, tum procurando: unde dicitur quodlibet *Satisfacetur nomen tuum*. Nec refert, quod nihil Deo dare possimus: quod suum non sit, eique ex iustitia debitum. Nam hoc est bonitas Dei erga nos, ut accipiat a nobis, tanquam dona nostra, & merita, quae sunt ipsi debita, & quae sunt bona sua.

XI. Tertio obijciunt, & replicatur. Amicitia non stat proprie, nisi inter aequales: unde S. Hieronymus. *Micah 7. alit: Amicitia parit, aut accipit, aut facit; ubi enim inaequalitas est, amicitia non est: sed inter Deum, & homines non potest esse aequalitas; ergo &c.*

XII. Respondeo. Amicitiam requirere aequalitatem, non absolute, sed proportionis. Unde ipse Philosphus lib. 8. *Ethic. cap. 7. agnovit quoddam genus amicitiae etiam inter inaequales, quam vocat supereminentiam, quae excellit; qualis est inter patrem, & filium, virum, & uxorem, Principem, & subditos: quae in eo sita est, ut proportionaliter quod suum est, in bonum amici vellet, & faciat, ut Princeps conferendo beneficia subditis, & subditus praestando obsequia Principi. Sic ergo Deus amando hominem, quamvis non inveniat, eam tamen proportionaliter facit; volendo, & efficiendo in ipso dona gratiae, & claritatis, quibus confortes efficiuntur divinae naturae. 2. Petri 1. vers. 4. Filius Dei. Rom. 8. vers. 14. Domestici Dei, ad Eph. 2. vers. 19. Fratres Christi. Matth. 23. vers. 10. Homo autem iustus diligit Deum, omnia, ac seipsum propter Deum, ut finem cuius gratia faciendo, & volendo.*

XIII. Quarto obijciunt. Charitas non est amicitia, neque ex parte hominis; quia amor, cuius finis est frui amato, non est amicitia, sed concupiscentia, quae amat bonum sibi: charitatis autem finis ex parte hominis, est frui Deo. Neque est amicitia ex parte Dei: quia Deus diligit nos propter seipsum, non propter nos.

Confirmatur. Amicitia debet esse liberalis, & honesta; sed charitate diligimus Deum, non liberaliter, & honeste; sed propter mercedem, ergo &c.

Rursus: amicitia requirit familiarem consuetudinem, & convivium: sed cum Deo nulla est familiaritas; Quamvis, dum sumus

QUESTIO I.

De Charitate secundum Effensiam.

Sicut fides respicit Deum sub ratione primae veritatis, & spes sub ratione auxiliantis; ita charitas respicit ipsum sub ratione summae bonitatis: unde per charitatem diligimus Deum, ut in se summum bonum. Ex quo patet differentia inter charitatem, & spem. Est enim spes aliquam Dei amorem includens, hic tamen non est amor Dei, scilicet proxime, ut est bonus in se, sed ut bonitatem suam nobis participet: per charitatem vero Deum diligimus, ut in se bonum, non attendendo utilitatem nostram ex sua bonitate proveniente. Et propterea per charitatem Deum diligere dicitur amore amicitiae. Pro huius tamen elucidatione, primo erit

DUBIUM I.

An Charitas sit Vera Amicitia inter Deum, & Hominem?

S. I.

I. **D**ico. Charitas est vere, & proprie amicitia hominis cum Deo. Probatur. Nam charitati omnia conveniunt, quae ad veram amicitiam constituendam necessaria sunt: quod ostendat singula percurando.

Primo ergo ad veram amicitiam requiritur, ut diligatur amicus propter seipsum, seu, ut amicus bonum velimus; quo amor amicitiae fecerunt ab amore concupiscentiae. Si autem inquit S. Th. 2. 2. q. 23. ar. 1. *rebus amatis non bonum volumus, sed ipsum bonum bonum nobis velimus, sicut dicitur amoris, sed ipsum bonum bonum nobis velimus, sicut dicitur amoris, sed ipsum bonum bonum nobis velimus, sicut dicitur amoris, sed ipsum bonum bonum nobis velimus, sicut dicitur amoris.*

II. Secundo. Amicitia requiritur, ut amor sit mutus; unde D. Thom. citatus ait: *Sed nec benevolentia sufficit ad veram amicitiam, sed requiritur quidam mutus amor, quia unusquisque est amicus amicus; & hoc ad differentiam simplicis benevolentiae; sed charitas amor mutus est, et enim diligimus eum, qui nos diligit, Proverb. 8. v. 17. Ego diligentes me dilige. Cat. 2. v. 16. Diligite meum militem, & ego illi. Et Joann. 14. v. 21. Qui autem diligit me, diligatur a Patre meo, & ego diligam eum; ergo &c.*

III. Tertio. Requiritur, ut talis mutua benevolentia fundetur super aliqua communicatione; id est, quod amici conveniant in aliquo bono, ex quo amicus dicitur alter ego: charitas autem amor est in eorum communicatione fundatus, quae Deus communicat seipsum nobis, in praesenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Hanc mire expressit S. Thomas in proloquio Sacramenti, dicens: *Se vultis deinde scire, confessiones in eadem, se vultis in praesenti, se regnatis in praesenti. Christus ipse Joann. 14. v. 23. Si quis diligit me, serventem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniet, & mansorem apud eum faciemus. Quae communicatio, & mansio maxime fit per gratiam sanctificantem, quae communicatur nobis divina natura, efficiunt filii Dei, & Dei per adoptionem.*

IV. Quarto. Inter amicos debet esse unio animorum: unde dicitur solet, quod anima magis est ubi amat, quam ubi amat: hoc autem praestat nobis charitas. Unde 1. Cor. 6. v. 17. *Qui autem adhabet Dominum, unus spiritus est.* Et Galat. 2. v. 20. *Abjicit Paulus: Vivo ego, jam non ego, vivo in me Christus.*

V. Quinto. Requiritur inter amicos secretorum communicatio: non solum enim homines iusti Deo cor suum aperiant, non quia ipsum lateat, sed ex quadam amabili confidentia, ut ipsos juvet: sed ipse Deus secreta sua illis communicat. Quare Jo. 15. v. 15. *Jam inquit Christus) non dico vos servos, quia servus nescit, quid faciat Dominus ejus, Vos au-*